



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

§. 2. Qua ratione pauperes poßint Eleemosynas facere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39652

Deum : faciendo eleemosynam ita occulte , vt homines id non videant. quemadmodum S. Nicolaus eleemosynam fecit , qua tres virgines nubere possent : quæ aliàs erant in periculo : secutus Christi D. N. consiliū , dicentis : *scum facis eleemosynam , nolite tibi canere ante te , sicut hypocrita faciunt in Synagogis , & in vicis , vt honorificentur ab hominibus : Amen dico vobis receperunt mercedem suam .* O infelicem fucata laudis mercedem , propter opus , quod æternam potuisset gloriam promereri ! est tamen eadem laus merces falsæ illi misericordiæ proportionata . Nam , vt Sanctus Gregorius de Eleemosynariis in peccatis suis obstinatis ait , pecuniam quidem suã dant Deo , sed animam Diabolo : ita de his dicere licet : quod pecuniam suam Christo dent ; sed cor , mundo & peccato . Quamobrem ait Christus D. *te faciente eleemosynam : nesciat sin. ira tua quid faciat dextra tua , hoc est : stude quantum in te erit , intentionem tuam ita occultare , vt non solum alios homines lateat ; sed si erit possibile , etiam te ipsum : Ita vt operi bono nihil intentionis vanæ commisceas : alioqui eleemosyna , quæ ex se volaret in cœlum ; ob sinistram huiusmodi intentionem herebit in terra , & peribit .* Quare si fuerit aliquando necesse eleemosynã publicè fieri , intentio tamen semper maneat occulta : vt scilicet dextera manus eam porrigat intentione ad eò recta , vt manus sinistra nihil habeat intentionis obliquæ .

Matt. 62.

Lib. 19. Moral. c. 14. & part. 3. post admon. 21. Humilitas misericordia iungatur.

8.

Ruth. 2. 2. Ad mortuos & inimicos extendatur. u 2. Reg. 9. 3

x Prou. 25. 21.

y Luc. 6. 36.

DENIQUE magni huius viri misericordia etiam in eo eluxit , quod Notum i audiens , quæ RUTH ab eo facta referebat , dixerit , *t benedictus sit ille à Domino : quoniam eandem gratiam , quam præbuerat viuis , seruauit & mortuis .* his verbis significans eius misericordiam firmã esse ac stabile : vt quæ non obliuisceretur amicorum etiã post mortẽ ; sed extenderet se quoque ad pauperes , quæ mortuos , sanguine contingebant . quemadmodũ & Dauid magnã exhibuit misericordiam ijs , u *qui supererant de domo Ionatha .* Quãuis vt hæc misericordia plena sit & perfecta , debet etiã se extendere ad inimicos : iuxta Sapientis consiliū : *x si esurierit inimicus tuus , ciba illum : si sitierit da ei aquam bibere .* sic enim plenè satisfacies consilio Saluatoris dicentis : *y estote misericordes sicut & Pater vester misericors est : qui etiam malis & ingratis benè facit .*

§. 2. *Qua ratione pauperes possint eleemosynas facere .*

SI pauper es , & artem quoque callere cupis , faciendi eleemosynam : exemplar respice in paupere RUTH tibi propositum . quæ exijt , vt labore suo spicas colligens , non seipsam tantum , sed æque pauperem N O E M I (quæ tanquã ætate grandæua domi manserat) aleret , ac sustentaret . Nam cum vesperi domum rediret , a tres modios hordei quos excusserat ex spicis collectis , statim tradidit socruis suæ : *in super protulit & dedit ei de reliquis cibi sui , quo saturata fuerat , & quem Bo o z eleemosynæ nomine illi dederat .* quo facto duplicem rationem ostendit , qua possint etiam pauperes esse eleemosyna-

a Ruth. 2. 18

rij: tantumque, aut plus etiam promereri, quam diuites. Altera ratio est laborando proprijs manibus, vt ex mercede laboris, proximorum necessitatibus subueniant: iuxta consilium Apostoli, suadentis Ephesijs, *b operari manibus suis, vt haberent, vnde tribuerent necessitatibus patienti.* & ipsemet gloriabatur, dicens: *c quoniam ad ea, que mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus sue.* & quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos. sic enim exemplar se ipsum præbuit, quod alij imitarentur: quem multi ex antiquis Patribus sūt imitati: qualis ille fuit Religiosus, de quo S. Gregor. quòd cum tota hebdomada in consuendis calceis laboraret, quicquid post suā sustentatioē supererat, die Sabbathi pauperib⁹ erogabat. Et alius Monachus vidit, quòd eidē Religioso pulchrum in cœlis palatium ædificaretur, cuius constructores solo die Sabbathi videbātur operari. vt sic appareret, pretiosam apud Deum fuisse eleemosynā, quæ illis diebus, & ex tali labore fieret. Et hic primus modus illam etiam complectitur eleemosynam, quæ fit visitando infirmos, eos consolando, & in eorum morbis eis ministrando: & similibus alijs.

ALTER modus, quo potest pauper eleemosynas facere, est; quādo alios pauperes participes facit ei⁹ eleemosynæ, quam ipse ab alijs tanquā pauper accepit: sic ostendens affectū & propensionem, quam habet ad miserendū: de d *exiguo quod habet*, sicut dixit Tobias *exiguum etiam libenter impertiendo* quod quamuis quantitate sit exiguum, æstimatione tamen est magnum: siquidem sibi ipsi subtrahit, quod aliorum necessitati subleuandæ impendat. Quamobrem Christus D. N. e *pauperem Viduam mittentem ar a minuta duo in gazophylatium laudans*, dixit discipulis suis, *verè dico vobis, quia Vidua hæc pauper, plusquam omnes misit: nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in mennera. De hac autem ex eo, quod deest illi omnem victum suum, quem habuit, misit.* & ipsemet Saluator in se ipso ex primebat, quod in alijs laudaret. Nam exijs, quæ eleemosynæ nomine tanquam pauper accipiebat, curabat (vt refert Sanctus Ioannes) *egenis aliquid dari*: Quod aded erat in eius scholareceptum: vt cum in nocte vltimæ cœnæ diceret Iudæ: *quod facis, fac citius*: discipuli intellexerint, iussisse eum aliquid emere, quod pauperibus alijs in ipso Paschate donaretur. Quod exemplum amplexi sunt, qui in sua paupertate honori sibi ducebant, Christum Seruatorem imitari: qualis fuit pauper ille Seruulus paralyticus, de quo S. Gregorius, quòd cum ex eleemosynis vitam sustentaret, quicquid ei supererat alijs pauperibus erogabat: in die autem obitus sui Angelorum mulicam & cœlestes laudes audiuit: quibus comitantibus in cœlum ascendit, vt hinc animum pauperes assumant, ad dandum alijs pauperibus quod habuerint: licet non aliud quàm aquæ haustum: quo nihil minus dari potest: cum Christus

D. dixit

5 Ephes. 4.
18.c Act. 20. 34
Pauper la-
o et vt sub-
uenti: pau-
peri.Lib 4. Dia-
log. 6. 37.Det alijs de
sua eleemo-
syna.

d Tob. 4 9.

c Luc. 21. 2.

f Ioan. 13. 29.

+ Dialog.
cap. 14.g Matt. 10
24.

h Marc 9.
40.

D. dixerit: *g* quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aqua frigida, tantum in nomine discipuli, & h in nomine meo. Amen dico vobis, non perdet mercedem suam: ego enim illi aquam gratiae vitae cum tanta spiritualium bonorum abundantia dabo: ut omnia sua bona desideria in hac vita, & in futura eternum exsatiat, Amen.

CAPVT XIII.

ORATIONES SATISFACTORIAE, ET QVOD
vocatio diuina post pœnitentiam exhortetur, & impel-
lat ad feruorem & perfectionem in bonis
omnibus operibus.



ERTIOS Pœnitentiæ fructus complectitur oratio. Et quoniam multi pœnitentes præstare non possunt alias pœnitentias corporales, ob suam imbecillitatē aut eleemosynas, ob paupertatem: solent vt plurimum Confessarij terrium hoc satisfactoris genus eis præscribere: qualia sūt Sacro Missæ interesse, Psalmos, Coronas, siue Rosaria, & Litanias orare, Ecclesias visitare, Cōciones audire, pios libros legere, & aliquid temporis diuinis mysterijs meditandis impendere: aliaque similia opera, quæ ad cultum diuinum, vitamq; contemplatiuam spectant: quæ ad vtrumque prædictum finem valdè conducunt. Valdè enim pro peccatis præteritis satisfaciunt, quatenus carni & spiritui sunt grauias; adiuuant verò, ad vitæ reformationem & perfectionem, quatenus in se valdè excellunt; nostrumque spiritum multum extollunt, vt cū diuino coniungatur. Vtrumque hoc Sanctus Chrysostomus coniunxit dicens: *si magnum aliquod donum Deo offerre volumus: nihil habemus laudatione maius, nihil laudatione difficilius.* Nam multum procul dubio spiritus laborat in adhibenda attentione ad id, quod in hac laudatione facit: ne scilicet ad alia diuertat, aut sollicitudinum occurrentium agmini aditum præbeat; alijsque imaginibus, quæ turbare eum solent. Ipsum quoque corpus aliquid patitur. Ecclesiastes enim dixit: *a frequentem meditationem, carnis esse afflictionem.* Et nominatim quidem, eò quòd oratio externam quoq; exigat reuerentiam, quam exhibendo, ipsum corpus defatigatur: siue genua sint flectenda, siue standum, siue in loco aliquo quietè manendum: quamuis satisfactio (teste S. Thoma) nominatim respondeat speciali illi orationis labori, quæ vocalis est: cænim *reddimus* (vt Oseas Propheta dixit) *Domino omnem iniquitatem auferenti vitulos labiorum nostrorum:* verba scilicet Orationum, Hymnorum, Canticorum, & aliarum laudum.

In Pjal. 110.

a Eccl. 12. 12.

2. 2. 7. 83.

a. 12.

b Osea 14. 3.